

Beschehen undt in Beysein der ... HH. H Landtshaubtman undt stabfüerer Fidel Zurlauben Von Thurn undt gestellenburg, Oswald [II.] Kholin statthalter Ritter undt pannerherr, haubtman [Karl] Bonaventura Knopfflin, fürsprech Martin Utti[n]ger alle des Inneren Raths, Herrn haubtman [alt] seckelmeister [der Stadt Zug] und [alt] schultheiss Wolffgang Damian Müller auch anderen Ehren Leüten Meer, undt Ist zue Endt lauffenten april Monats des 1717 Jhars Volfürerth worden".

- 1) Weitere Inventare, die teilweise übereinstimmen, teils aber noch weitere Angaben enthalten s. MsZF 35 IV 492, 507; VI 315\*
- 2) Zusätzlich zu AH 54/104 wird hier in AH 72/155 noch erwähnt, dass Beat Jakob II. am 4. Januar verstorben sei.
- 3) In AH 54/104 muss folgende Stelle korrigiert werden:  
 "Auf Wolffgang W e i s s im [Zuger?] Berg ...  
 Marchzins 127[!] 32 3"  
 Weitere Ergänzungen und Korrekturen aufgrund von AH 72/155:  
 "An einer unbekanter Handschrift 60 gl.[!]"  
 "Auff Baltz M ü l l e r zue Walchweil lauth beylag wegen Caspar Hürlin [=H ü r l i m a n n][!] 277 25"  
 "Auff Michel H e s s im stad [in AH 54/104 heisst es in der Vorstadt!] 100"  
 "Auff Frantz Huober tailleur[!] 100"
- 4) In AH 54/104 heisst es "Baltz B a u m a n n von Steinhausen", während hier in AH 72/155 Peter B a u m a n n steht.
- 5) Beat Jakob II. Zurlauben Bücherbesitz s. bei Meier/Zurlaubiana 948f.
- 6) Ergänzt aus MsZF 35 IV 518<sup>r</sup>  
 Der 1717 in AH 54/104 genannte "Jung Kupferschmid Carl Caspar K e i s e r" ist mit diesem nicht identisch.

Von Oswald Kolin, mit Glossen von Beat Jakob Anton Zurlauben. AH 72, 318-330 - Blatt 323 und 330<sup>v</sup> leer. (Das Dokument weist übrigens eine eigene Paginierung 1-25 auf.)

## 156

1753 September 26., Zug A  
 REZESS UEBER DIE VISITATION IM DEKANAT ZUG<sup>1</sup>

"Celsissimi ac Reverendissimi in Christo Patris et Domini ... Francisci Conradi [Casimiri Ignatii R o d t v o n B u s s m a n n s h a u s e n] Episcopi Constantiensis S.R.J. Principis et Domini Augiae Maioris [=Reichenau] et Oeningae [=Oehmingen] necnon Praepositi Mitrati Eisgarrensis [=Propst des Stifts Eisgarn] in Austria Superiore Visitatores ... [Generalvisitator Johann Josef Z e l l i n g und Konrad Martin B a y e r] V. Clero Capituli Tugien-sis Salutem in Domino et omne bonum cum notitia et sequentium executione fidei. Quae ad vitam Sacerdotalem, et vocationem certam faciendam circa ordinem

diurnum regulariter observandum, meditationem formalem quotidie faciendam, examen nocturnum nunquam omittendum, et disciplinam verè Ecclesiasticam in Clero requirantur, ad religionem orthodoxam et imitationem in populo promovendam ceu Principalem scopum Visitationis Episcopalis juxta Constitutiones Concilii Tridentinis et statuta nostra synodalia illius aureum sanè compendium in anterioribus recepibus abundè satis ordinatum ac iniunctum fuit, quos per praesentem repetendo confirmamus, et ab illis, qui ultimum nec descripserunt, nec eiusdem contenta perceperunt, monemus in Domino, ut copias quamprimum sibi comparent, describant, atque huius ordinationes monita ac decreta exequantur et exactè observent praecipuè

1. Recollectionem Spiritûs per sacra exercitia à pluribus occasione Missionis ad publicum exemplum ac aedificationem plebis laudabilissimè cum eximio fructu peracta ac ab omnibus porrò Sacerdotibus apud Zelosissimos Patres S.J. [d.h. also bei den Jesuiten] in reliquis Inclyti Cantonis Communitatibus [- in Frage kamen für Zug am ehesten die Jesuiten in Luzern -] proseguenda in posterum singulis annis domi per aliquot dies soli cum solo Deo separati à quibusvis aliis negotiis vel in quodam monasterio continuent, atque confessionem annuam deponant apud Patrem Spiritualem virum prudentem ac probum desuper specialiter electum, qui testes litteras de exercitiis et ex[h]omologesi sacramenti, uti praecipitur, facta attestetur, cuius testimonium authenticum in visitatione locali et celebrando alternis iugiter annis Capitulo producere Dominis Decano [- damals war dies Beat Karl Anton Wolfgang W i c k a r t -] et Camerario, qui prothocollo suo de hac obligatione adimpleta et aliis in recessu hoc et priore mandatis ac ad amussim observatis testabuntur suâ subscriptione, illudque Prothocollum Visitatori generali Constantiam transmittent, ut constet obedientes fuisse juxta praestitum Celsissimo Principi et Ordinario Clementissimo juramentum, cuius virtute et auctoritate districtim praecipiendo iniungimus, ac mandamus, qui verò neglexerint, atque iuratum paritionem opere comprobaverint, rigorosè in sé processum iri experientur.
2. Quotidiè Omnes praeviâ lectione in ascetico Auctore facta succinctè formalem meditationem per semihoram vel saltem quadarantem faciant, ac in illa conceptum propositum vitij aut defectûs vitandi vel virtutis implantandae una vel altera lineola notent ad Sacramentum poenitentiae ultra alteram Septimanam nunquam differendae tam ad delenda peccata quàm praecavenda instituti necnon ad exercitia annua efficaciter stimulentur vi concepti praepositi ad perfectionem statui Sacerdotali competentem, sique extirpatis

passionibus suis procedant de virtute in virtutem, et vocationem certam faciant.

3. *Mysteriorum Compendium tremendum Missae Sacrificium ignitâ devotione non ex habitu aut stipendij causa in gravitate Sacerdotali et accurata rubricarum praeceptorum observantiâ non perfunctoriae neque elatâ voce, sed elevato in Principalem offerentem peragant ut cultum Latreoticum in Eucharisticum Numen realiter praesens apud audientes excitent ad impetrandas gratias efficaces, et omnibus continuò necessarias.*
4. *Quando exponitur in Monstrantiâ, Ciborio, vel ad aegrotos defertur et altâ voce recitatur rosarium, in quo aliàs inseruntur fructuosè Mysteria de vita, passione, vel resurrectione Christi hoc praesente autem ad fidem vivam excitandam interponenda sunt verba germanicè: Laudetur Sanctissimum Altaris Sacramentum, et benedictio ante ac post Communionem, et quibuscunque genuflexis in viâ obviis repetenda est.*
5. *Ex Cathedra et in Catechesibus praemonendi sunt in quatuor Festivitatibus denuntiandum quoque, si infirmari contingat aliquam personam, quantocius insinuetur Curato, ut ab hoc visitetur et ad confessionem de tota anteacta vita disponatur, priusquàm Sacro Viatico (nisi ex devotione etiam tum affectet) muniri debeat, ne postea ingravescente morbo, doloribus, aut perhorrescentiâ mortis praeveniatur, et inde poenitentia sit sera, rarò seria, ac vera.*
6. *Cùm Infirmi sint longè meliùs internè recollecti et dispositi in absentia hominum etiam domesticorum, à quibus variae species excitantur et frequenter astu daemonis in mentem revocantur mala olim perpetrata ad periculum ad salutis et indignè suscipienda sacramenta saltem minori cum fructu, idcirco instruendi sunt omnes Parochiani atque ante fores admonendi, ut perseverantes in oratione nemo ingrediatur stubam seu cubile decumbentis, quo Estè proviso nomine illius reversus cum Sanctissimo Sacerdos deprecetur omnes iniurias et damna supplicando ex christiana charitate ignosci pariter, et pro infirmo quotidie specialiter efflagitent singuli felicem agonem, à quo tota aeternitas dependeat, experturi aliquando idem subsidium cunctis necessarium ad gloriam sempiternam.*
7. *Mulieres quascunque prohibeant ingredi Sacristias, cùm aeditui sint constituti Sacerdotibus inserviendi, illosque sacris vestibus induendi, quibus interdicannt omnem garrulitatem praesertim clamorosam adeò, à quâ vel ipsi Clerici prorsus abstineant ad tollendum in Ecclesia scandalum, et quotiescunque accedunt, devotè sanctissimum adorent, accessum ad sacrificium re-*

- citent, et hoc finito recessum, ut se Ministros altissimi comprobent.*
8. *Quia quinque Cooperatores in subsidium Matricis Parochiae ad curam sunt constituti; et horum quisque seorsim vel alternativè suum districtum habet pro cura laboriosa, iniquum est, ut alter alteri aut etiam alienus praeripiat stolam lucrosam assistendo Sponsalibus, post partum mulieres benedicendo (quae benedictio in privatis aedibus omninò interdicitur omnibus) in efferendo funere et exequiis praeveniendò illum, cuius cura in vitâ extitit defunctus; Justitia et aequitas exposcit, Parocho impedito, nulli alij licentiam concedi ad praedicta faciendâ, quàm Cooperatori in Ecclesia Parochiali vel filiali, cuius est operarius adscriptus, ut servetur proportio ac Jus cuique suum stet illaesum.*
  9. *Curati omnes saepius aegrotos et maximè pauperes visitent, ac consolentur, ne sint segniores ad salvandas animas quàm Daemones ad perdendas, cum vel unicam circumeuntis Leonis faucibus eripere effusum redemptionis pretium servare est, et divinorum divinissimum.*
  10. *Ipse Servator benefaciendo et sanando omnes pertransibat, cuius exemplo curati tenetur visitare frequenter concreditas sibi familias renovandi quotannis catalogum suarum ovium, explorando earum vitam et mores indirectè in occulta vitia domesticos inter et alios inquirendo in libros superstitione aut de religione suspectos et alia à vita verè christianâ aliena scandalosa, aut periculosa? quâ occasione semper lolia extirpare vel bonum semen possunt seminare ac amorem, reverentiam, et confidentiam conciliare atque Parochianorum statum animae investigare, ne secus pereat ovis, et pastor nesciat, quod culpâ non vacet.*
  11. *Non Sponsi rigidè de scitu necessariis mediij ac Praecepti examinandi sunt, et de obligationibus longè gravissimis videlicet ratione sacramenti, prolium, et fidelitatis instruendi, ad quid teneatur quâ Ministri Matrimonij ex opere operato, si cooperentur ad gratias toto vitae tempore impetrandas? quid prolibus ante in et post partum, quidque in frangenti abortus, ne privetur baptismale conferendo absolutè aut cum conditione post sesquin mensem à conceptione anima infusa, ut caelo aeternum non excludatur et vindictam clamet? quidque; ad invicem titulo fidelitatis ad animam et temporalia adstringuntur, ut vinculum charitatis non rumpatur, et benedictionem prae maledictione impetrent ad felicitatem in hac vitâ et alterâ aeternaliter perfruendam.*
  12. *Conferentiae Casisticae iam semel praecepta non tam utiles quàm necessariae ad studium continuandum et detestabile otium à clero cane peiùs et*

angue fugiendum, praecipiuntur omnibus ac singulis sub mulcta Unius thaleris praesentibus cessi, quae singulis mensibus ad minimum semel in intricatiori casu praeviâ communicatione illius, ut praeparati in materiâ respondere valeant, resolvendo eodem ex principiis Theologicis in praxi tutis, sunt celebrandae, praesertim, ubi numerosior Clerus existit, ad quem locum reliqui viciniore praesituto die accurrere teneantur, negligentes absque gravi causa Praesidi inantea significanda irremissibiliter plectantur.

13. Processiones pomeridiana nullatenus impedire possunt Cathecheses a Conc. Trid. et Statutis Synodalibus Omnibus Dominicis operosissimè iniunctae, ideo Confraternitatum devotiones horis matutinis celebrentur, aut festis quibuscunque Suppleantur Cathechisticae instructiones Juventuti tantopere necessariae sub poena unius floreni toties, quoties omittitur, huic bursae Capituli colligendae advigilent Domini officiales solertissimè, ut praecepto Ecclesiae circa Cathecheses plenè satisfiat.
14. Sacra rituum Congregatio repetitis vicibus prohibuit Dominicis et festis, officia et Missas de requiem seu in nigro colore celebrandas, adeoque nemo praesumat ampliùs etiam praesente funere ritibus Universalis Ecclesiae contravenisse, sed illis exactè se accomodent omnes Curati, et populum desuper ex pulpitis informant, funeraque post Vesperas pomeridianas efferrì curent, qui secus fecerint ceu in obedientes et privato lucro inhiantes per maiores oblationes gravi mulctâ fisco Episcopali cessa luant.
15. Scissuras in togis consui praecipimus, et strophiola à Clericis prorsus non portari mandamus praestituta poena Unius Aurei Camerae Capituli imbur-sandi praecipientes, ut omnes collaribus oblongis et cingulis Clericos ornatibus praecincti incedant, et à vanitatibus illos dehonorentibus omninò abstineant, atque evagationes nocturnas sub eadem mulctâ devitent.
16. Titulum Mensae nuncupatum Parochi, longè minùs Cooperatores et Vicarij porrò nulli ampliùs indulgeant, cùm Superabundet Clerus in toto Incluto Cantone pro subsidio, qui verò in futurum praesumpserit alicuius favere suis litteris obligatoriis ad impetrandos ordines obligabitur ordinatum continuò commensalem gratis habere, donec promoveatur ad aliquod beneficium, etsi posset alicubi obtinere vicariatum, quia fraudulenter circumvenit Reverendissimum Ordinariatum in praeiudicium aliorum in Sacerdotio praesistentium: praeterea illi, qui cedunt assem aquirendi stipendium, mulctandi sunt à Decano poena unius floreni bursae Capitulari applicandi, quia similes praesces alios defraudandi non sunt tolerandae.

17. *Justam Illustrissimi Magistratûs [Stadt- und Amtsrat] indignationem in se provocant, qui temerario ausu iuri illi soli competentia violant haereditates praetextu piorum legatorum invadentes et expilantes sive in patria sive extra illam defunctorum, quia relictâ bona saeculari Jurisdictioni, obsignationi et Divisioni privatè subiacent, solis Clericis et in illorum domibus relictis exceptis, circa quae antiquissima consuetudo est observanda, quando in aedibus beneficialibus Laicae personae aut Clerici in diversoriis saecularibus decedunt: si legata pia fiant, nequiquam ullas apponere manus praesumant sub poenâ incarcerationis Constantiae exanthalanda, omninò intactam relinquat haereditatem, et condecenter insinuent Altefato Magistratui, si cum testibus requisitis vel ex testamento, codicillo, aut legali Scripturâ probare possit legatum, quid exintradendum Ecclesiae vel Personae, cui assignatum est, in casum, qui non praesumendus, contradictionis aut denegationis saecularium, recursum sumat ad Judicem Ecclesiasticum.*
18. *Praeterea exosum facit Clerum, et totum statum Ecclesiasticum, quando saecularibus negotiis se immiscent etiam privatim loquendo aut mentem suam declarando acceptione personali vel titulo consanguinitatis seu affinitatis, cum in statu Democratico facillimè motus et turbæ excitari possint, quarum fax et tuba statim Sacerdotes insimulantur ex unico irrequieto capite, discursu et incauto sermone: idcirco sub gravissimis poenis nobis reservatis districtim ac severissimè interdiciamus omnibus ac singulis Clericis, ut prorsus à quibuscunque Magistratum, officia, personas, iura et alia qualitercunque concernentia aut tangentia abstrahant omninò nec vel ad umbram tangant, sed ori digitum imponant, et linguam innocuam servent.*
19. *Praesertim autem in Cathedris sub poenis Canonicis et Suspensione ipso facto incurrenda nec directè in genere, multò minùs in specie Magistratum prostituant, acta iudicata aut modum procedendi traducant vel taxent, quia talibus in publicâ concione propositis duntaxat incidenter insertis omnis autoritas, reverentia, et obedientia imminuitur in subditis, hique in Democratico statu animantur ad Syndicatum quasi iudices suorum primariorum ex unico facto vel actu statim arguant universaliter, quod omnia iniquè fiant, ac potissimùm in praeiudicium suae libertatis, unde etiam innocentes in fama et temporalibus vehementer periclitantur, ac plerumque victima insultantis fiunt plebis, tales concionatores S. [J o h a n n e s] C h r y s o s t o m u s vocat mordentes lupos oves suas mactantes, et verbum Dei adulterantes in ruinam et non salutem animarum, et quamvis Ver-*

*bum Dei non sit alligatum ad perstringenda peccata, non est abutendum ad mala maiora causanda quàm evitanda ac supprimenda.*

20. *Occasione adventantis aliunde personae, quae enixa est prolem opacâ nocte baptizatam et statim consilio Clericorum fugâ se subduxit, in iuribus suis laesus Magistratus Spirat aversionem et media in futurum ad pessimas sequelas Immunitati praeiudiciosas, quibus praecavendis mandamus Clericis in talibus emergentis pro Sacramentis administrandis officia sua praestent, nec postea auxilia aut consilia subministrent, unde Magistratus gravatum se sentiat, aut querulandi ansam habeat.*
21. *Cùm aedes Parochiales et beneficiales aere publico, prout allegatur, seu fabricarum facultatibus restaurentur ac conserventur, de nimis autem expensis irrequisito Procuratore seu aedili factis à nonnullis maiores querelae ad nos delatae sint, praecipimus reparationes necessarias supra duos florenos constantes praevisse semper indicari, secùs propriis sumptibus citra refusionem fieri declaramus tanquam voluntaria aut voluptuaria quòd, si magni momenti summa requiratur ad reaedificationem vel reparationem domûs, expedire sentimus, ut ex aerario publico seu fabricae impendantur pecuniae, et pro impensarum restitutione ac indemnisatione procuretur ex officio Officialatûs Decretum provisorium, quo gravamen cessabit Electos ad beneficia ad maiorem quàm antehac obligari quotam praestari solitam vel inde enervari Cameram.*
22. *Qui Patrimonium ab Hospitali [der Stadt Zug] impetrarunt, quando cum tempore ad beneficium promoveri continget, antitorali gratitudine pro viribus regratientur Ecclesiae in vivis, vel post obitum in bonum animae legatum facient, ex quo Emolumentum fabricae evenient, ideò confidimus titulo oneroso inantea nec casulam nec aliud à quopiam exigi.*
23. *Constitutiones Pontificiae et statuta Synodalia interdicut rigorosissimè privatis in locis audiri poenitentes exceptis lethaliter Infirmis; quia verò decrepiti senes et Surdastrî pariter et alii propectae aetatis, vel qui ex particulari gravi ac rationabili causâ volunt confiteri, permittimus talium confessiones posse excipi in stubâ vel loco, cuius ianua sit aperta aut ante illam subsistant alii ad confitendum accincti:*  
*Circa administrationem Extremae Vnctionis accepimus aliquos festinanter nimis in Ungendis sensibus oleum stupâ quantocius abstergere, tales hortamur, ut totam priùs Sacramenti huius formam pronuntient, cùm scire debeant in verbis: per istam Sanctam Vnctionem etc. contineri formae Substantialia, quibus ex integro prolatis abstersio sit facienda.*

24. *Visitationis Generalis peracta 1742. recessum plures tunc temporis, praesentes, et huiusque Ordinati ferè omnes non acceperunt, ideòque contenta illius observare non potuerunt, ne in vanum denuò laboremus, ac Sperato fructuoso effectu frustremur, cum antecedens aequè ac praesens recessus in evidens emolumentum V. Cleri ac totius Capituli sit intentus, sub Juramenti religione, quâ omnes Ordinariatus sunt adstricti, praecipimus, ut singuli intra districtum existentes moderni ac Subsequentes beneficiati atque non beneficiati utrumque recessum quamprimum describant, multoties perlegant, et exactissimè exequantur, et ad amussim observent, quorum executionem D. Decano et Camerario committimus illorum virtute ac Zelum plurimùm confidimus".*

1) s. auch AH 72/154, 194

Kopie, wohl für den Benefiziaten der St. Konradspfrunde in Zug, B e a t J a k o b A n t o n Zurlauben, bestimmt. - AH 72, 342-345

## 157

1672 März 14., Zug

A

LEHENSBRIEF, AUSGESTELLT VON HEINRICH II. ZURLAUBEN [IM NAMEN VON KONRAD IV. ZURLAUBEN] FUER HANS JAKOB DUEGGELIN UM HOF UND GUETER [IN ZUG]

"Verzeichnuss wass gestalten Her Hauptman [alt] Landtvogt [von Baden] Heinrich [II.] Zurlauben seines geliebten Herren Bruoderen Maioren Hauptman Conradi [IV.] Zurlauben Hoff, Güotter, Matten, Reben, Weidt, die gross Riedmatten, undt der Under Garten bey dem [Zuger-]See gelegen, dem Hans Jacob Düggelle [=Düggelin] Burgeren alhie Verlehet hat."

"Jacob Possart [=B o s s a r d] den 15. Merzen [16]73 den Hoff angetreten für 2 Jahr Jährlichen umb 160 gl."

"Jezundt wider von dem 15. Merzen [16]74 angefangen für 2 Jahr bis den 15. Merzen 1676. NB. Undt sollendt bis uff den Merzen die geburende undt Nottwendige werckh In undt alwegen auch durch den alten Leheman fleissig verrichtet undt Nichts verabsaumt werden".

"Des ersten ist ihme lehman Vermeldter Hoff undt güotter übergeben worden in threüwen nach lähenrecht undt gewonheiten zuo wärchen, Arbeiten undt Rüsten was Notwendig undt Nützlich sein wirdt, undt so woll in dem Hauss undt übrigen gebeüwen, mit ziegellstossen mit seiner Handt arbeith undt sorgfalt nichts